

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula I. Genus praedicatur de omnibus speciebus sub se contentus

urn:nbn:de:bsz:31-102400

REGULA I.

Genus prædicatur de omnibus speciebus
sub se contentis.

I. Si igitur, inquit Aristoteles IV. Top. c. 1. §. 2. possum fuerit, aliquid esse alicujus generis, primum respicere oportet ad ea omnia, que sunt ejusdem generis, cuius ea res est, ut videamus, an de aliquo non prædicetur: sicut in accidente fit, voluerit si quis posuerit, bonum esse genus voluptatis, videndum est, an aliqua voluptas non sit bona, hoc enim si est, manifestum est, bonum non esse genus voluptatis: genus enim de omnibus sub se contentis speciebus prædicatur.

II. Dicis: Hac propositio, Species est genus, est falsa. E. Genus non prædicatur de specie, Resp. Genus & species dupliciter accipi possunt: vel formaliter, & de ipsis notionibus generis & speciei; vel materialiter, & pro rebus substratis illis notionibus. In priori acceptione genus non prædicatur de specie, quia notio speciei non est notio generis. Hinc illa propositio: species est genus, falsa est, quia est contra de ipsis notionibus. At in posteriori generis utiq; de specie prædicatur, ut, scientia est habitus: est enim res substrata notioni speciei ipsa res substrata notioni generis, sicut

nomine ab
secundum
r nomina
, ut offi
t aggrega
alia sunt,
tegrale e
nibus fi
e est, ut o
stula non
iam si par

m

I.

CIELI

primario
& inte
s, totum
subjective
en totum
um & in
u indivi
ies & in
& indivi

RE.

sicut scientia, quæ est res substrata notioni speciei, est habitus, qui est res substrata notioni generis. Sermonem autem esse Philosopho in modò citatis verbis non de notionibus, sed de rebus substratis, iade perspicuum est, quod expressè loquitur de speciebus sub genere contentis: at notio speciei non continetur sub notione generis, sed istæ notiones sunt contradictiæ & oppositæ.

III. Porrò hîc duo notanda sunt: I. Quod, cùm quantum ad prædicationem species se habeat ad individua sub se contenta sicut genus ad ipsas species sub se contentas, & verò genus prædicetur de omnibus speciebus sub se contentis, hinc etiam species prædicetur de omnibus individuis sub se contentis. II. Quod genus etiam prædicetur de omnibus individuis. Cùm enim genus prædicetur de omnibus & singulis speciebus, species verò de omnibus individuis, necesse est, & genus prædicari de omnibus individuis. Quicquid enim prædicatur de superiori, prædicatur etiam de inferiori, ut jam videbimus.

IV. Posslet, ut hæc omnia complecteretur, Regula ita formari: *Omne superius prædicatur de omnibus inferioribus sub se contentis.* Quod quidem ex sequenti Regula meliùs intelligetur.

RE.